



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Sequitur declaratio praeinsertae prohibitionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

sensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii, coluntur.

§. 5. Ut autem præmissa diligentius obseruentur, universis, ac singulis, tam Ordinariis, quam hereticæ pravitatis Inquisitoribus districte præcipit, ut in sua quicquid Diœcesis, vel Provincia sedulò pervigileat, ne sine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, revelationes ac beneficia prædicta publicentur, aliae contra superius disposita hant.

§. 6. Transgressores vero, si Regulares fuerint, privationis suorum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, nec non & suspensionis à divinis: Si vero Clerici Sæculares, privationis pariter suorum officiorum, suspensionis à divinis & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum ordinum respectivæ, aliisque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis penis plectendo.

§. 7. Qui autem libros imprefferint aut imagines pinxerint, sculperint, seu quoquo-

modo effinxerint, vel formaverint, ceterique Artifices circa præmissa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniarii, aliisque etiam corporalibus peccatis, juxta criminis gravitatem, corundem Ordinariorum, seu inquisitorum arbitrio afficiantur.

§. 8. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

§. 9. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prætendi, voluit, ut Decretum hujusmodi, seu illius exemplum ad yalvas Basilica Princeps Apostolorum urbis, ac in acie Campi Floræ affixum omnes perinde arctet, atque afficiat, ac si unicuique personaliter intitulatum fuisset.

§. 10. Quodque præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ præsentibus habetur, si forent exhibita, vel ostensæ.

*Io. Antonius Thomasius, S. Romane &  
Universalis Inquisitionis Not.*

### Sequitur declaratio præinsertæ prohibitionis.

**P**ostmodum vero idem Sanctiss. D. N. a quibusdam revocari in dubium accepit, an Tabellas & Imagines, quas in postrem offerri contigerit, recipere & antea oblatas conservare licet, Sua Sanctitas, qua tantum modo voluit, occurrente abusibus, qui irrepare videbantur, certiore parare viam ad eorum in terris gloriam, quoru sanctimoniam divinæ clementiæ placuerit admirandis operibus illustrare; re prius cum illustriss. & Reverendiss. D D. Cardinalibus contra hereticam pravitatem generalibus Inquisitoribus communicata, præsenti decreto declaravit. Quod sicut nunquam prohibuit, nec suæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemque Tabellarum & Imaginum hujusmodi, ita, ut nulli deinceps hesitationi locus relinquatur, statuit in præsentiarum & decernit, ut quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium locumve alium publicum secularem, seu regularem Tabellas, & imagines, aliudve simile quispiam detulerit, ac intercessione hominum inter Santos vel Beatos non adscriptorum,

quamvis cum Martyrii, vel Sanctitatis famæ demortuorum, optata se imperativè dixerit, liceat Ecclesiasticis personis, Ecclesiarum locorumve prædictorum curæ Præpositis, Tabellas & imagines sive pictas, sive ex quavis materia factas, atque alia quæcumque collatae gratiæ fidem facientia simul cum defertentis, aliorumque, qui consciæ fuerint attestationibus accipere, atque approbantibus Ordinariis, ad quos referre statim omnia tenetur, in secreto aliquo, seorsum ab Ecclesia, loco custodiore, ibidemque jam amota collare & affervare, ut si quando Dominus talium virorum merita Beatificationis seu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent hujusmodi Sanctitatis quæcumque probationes, Apostolicæ Sedis judicio tunc examinandæ, contrariis quibuscumque non obstantibus.

*Io. Antonius Thomasius, S. Romane &  
Universalis Inquisitionis Not.*

D E-